

Monatlicher Beytrag zu den Budißinischen wöchentl. Nachrichten.

November 1786.

Seneschalli Memoriae.

Quid de te, quid non, quid primum, quidque secundum,
Ambigo, Schoenbergi, commemorare iuuet?
Nonne breui licitum mihi rem comprehendere versu?
Qualis vita fuit, clausula talis erat.

Ad Rehkopfium, Ephorum Dresdensem.

Est subtile genus, vix est imitabile Juli,
Seruiit inuicto libera Roma viro.
Si quis contulerit violae, si pulueris instar
Dixerit, adpersum flos fouet iste finu;
Et sapit, et mecum facit, attonitusque fatetur:
In sermone tuo Caesaris esse genus.

De vidua supplice.

Plena fui, generisque fui, cum Principem adisset
Femina, cui clarum nil nisi nomen erat.
O! inquit, miseresce mei, miseresce meorum,
Eripuit teneris nex inimica patrem.
Quot numeras ex te? contra Iosephus, eodem
Vultu, quo miseros adspicit, illa refert:
Filius est vnus, decus et spes gentis auitae,
Virgo triplex viuit nobilitate grauis.
Induperator ei: quanto felicior es tu;
Non habui pusum, pusa sed vna fuit.

§

*
Boher